& explicui ad Authorem loco totias citato. Cum enim ipse cum altero nepote in unum ... uocandus ita ut non amplius utrumque simul, quam solus pater, euenit ut quemadmodum nepos in potestate minus ferat, concurrente patre itaque ... minus ferat. Quinto requiritur quod suo nomine nepotes uel filius emancipatus heredes sint ut dicitur in l. 1 in principio & in d. l. 3 ... quod ut capies pone exemplum in l. nepos 5 hoc tit.

N.° 3.°

His concurrentibus huic edicto locus erit, quod an post constitutionem Iustiniani in l. meminimus 13 C. de legit. hered. & nouella 118 de hereditat. quae ab intestato qua filiis emancipatis uidetur concessa successio in bona paterna etiam ex iure ciuili locum habeat disputant interpretes & sane quamuis Cotta in § & quid si tantum 3.a ... n.° 125 illi ius locum praeclusum ea putet, uerius habeo ex superiori constitutione non abolitum. Neque enim a Iustiniano dictum succedere emancipatum iure ciuili, sed succedere aeque cum filiis in potestate; quod sane referendum ad Pretorium ut notat Cuiac. in l. 1 hoc tit. Post Alciat. & alios quos ipse refert.

Dr. Santos de S. Pedro.

ADTITVLVM
DE COLLATIONIBVS.

Pauci⁊ qq de collat. explicans quid sit; inter quas personas locu⁊ heat, N. 1.
quanti⁊ rem fiat, quomodo & quando; uestigia sequens Duarenum
& Pichard. in § quedam 20 inst. de action. qui his capitibus comprehende-
runt hunc tractatu⁊. Ergo collatio est, ut non male Pichard. ubi s. ante n.º 4.
rei propriae commoda communicatio inter liberos heredes propter aequali-
tatem introducta. Que inducta maxi casu quo filius emancipatus bonorum posess.
vel s.ª tab. vel unde liberi a praetore petita parte bonorum paternorum auocat
suis reliquis heredibus hoc est liberis in potestate: aequu⁊ enim visu⁊, ut qui cum
suis heredibus admitteren⁊ re[illegible] emancipati perinde ac si in potestate man-
sisset l. 6 § 1 de bonorum poses. & l. 3 § 5 de s.ª tab. ideo ea illis conferret quae si
uere fuisset in patris potestate illi quaesiturus erat, ac tum aequo iure inter
omnes diuiderentur; quae ratio inducenda collationis expressim uidetur Ulp.
in l. 1 in princ. lector. explicat Costa in § & quid si tantum n.º 229 quem sequitur
Pichard. ubi s. n.º 12. & subscribunt alii ab ipso relati.

Ex hac inducen- N. 2.
dae collationis ratione; primum facile colligitur inter quas personas collatio locum heat.
Aperte enim onus collationis duntaxat caderet in emancipatos, commodum
autem in suos; neque enim unquam suus conferet, nec emancipato conferetur unquam.
At primo nequaquam suus conferet quia non habet quod conferat, ut qui omne
quidquid adquirit patri adquirit l. 79 de adquir. hered. excepta filia
quae iure singulari etiam in patris potestate dotem possit adquirere et illam
conferre debet l. 1 ª l. 4 & 5 de collat. dot. non tantum profectitiam sed aduen-
titiam l. 4 C. de collat. Emancipatus uero commodum nunquam feret colla-
tionis, quoniam collatio illis duntaxat fit, quibus damnum praetor dedisse
uidetur scena bonorum posess.; uno tantum casu & emancipato collatio
facienda erit ab herede suo filia scilicet cum dotem conferat profectitiam
l. filiae 4 C. de collationibus. Cum enim profectitia dos sit quae a patre

profectum sit, aequum usque est ut emancipato filio qui bona sua confert
pariter communicentur omnia quae a patre ipsi facta fuerunt; alias
extra hunc casum emancipato nunquam fit collatio; qui sane confert
at ipsi nunquam confertur, non tantum a suo sed ab alio emancipato; offerrent
i 17. emancipatus illis duntaxat quibus praeiudicat, emancipatus autem non intelligi-
tur parum alteri nocere, quippe et ille pariter iure civili fuerat exclusus.
Unde si quattuor sint filii duo emancipati, ac duo in potestate retenti
singuli emancipati duobus suis duntaxat conferent, non sibi conferent ad invicem
ut dicetur inferius.

Nº 3. Obstat dictum l. 1 § 16 de coniungend. ubi filius eman-
cipatus videtur conferre nepoti ex ~~emancipato~~ mancipato. Sed quia facile expli-
catur supponendum emancipatum, qui confert, ut diximus, illi tantum conferat cui
praeiudicat, unde fit ut pater qui suis liberis iungitur ex edicto de coniun-
gendis non fratribus in potestate conferat sed propriis liberis hoc est nepoti-
bus ex eo in potestate avi retentis. Cum enim in eadem avi hereditatis por-
tionem cum illis vocatur illis duntaxat praeiudicat non fratribus, ac propterea
illis tantum confert l. 1 § emancipatum 13 cum seq. de coniung. quemadmodum et
ex eadem ratione si ex filio defuncto duo sint nepotes alter emancipatus
alter in potestate et ille petat bonorum possessionem non patruo confert sed fra-
tri quoniam cum incandem portionem cum fratre vocetur, fratri tantum facit iniuriam
ac propterea fratri tantum debet conferri d. l. 1 § fin. de coniung. et l. 1 § 2 de
collat. dot. et neptis dotata ex eadem ratione fratri quoque duntaxat non patruo
confert dotem non obstante l. 19 C. de collat. ubi nepotes ex eodem filio non sibi invi-
cem sed patruis debent conferre neque omisso Cuiac. et Ciunnio ind. l. 1
§ 2 Dico ibi agi de collatione dotis vel donationis ante nuptias, quae ipsorum
nepotum pater aut mater acceperat ab avo, quam aequum est ut perinde
ac pater vel mater superstites fratribus conferunt ita nepotes quoque illis con-
ferant ut quemadmodum patrem vel matrem repraesentant ad successionem ita
repraesentent ad collationem, quod et sensisse videtur Cuiac. ad tit. C. de
collat. ind. l. 19. Ergo his suppositis in d. § viii filius 16 supponitur fi-
lius unus emancipatus et ex alio defuncto duos nepotes alterum in potestate
avi

avi retentus et alter emancipatus, dicitur quod patruus bonorum possessionem petens nepotibus conferre debebat quorum alter erat in potestate avi, et alter sui iuris, aequalem partem illis conferre debere ac alii filio ipsorum quoque patruo in potestate retento, quamvis ex hereditate patris concurrente patre minus esset habiturus hoc est si pater viveret, et concurrisset sane hic patruus petens bonorum possessionem conferre videbatur dare nepoti retento in avi potestate; at alteri nepoti nihil videtur de eis debere conferri; qui emancipatus conferre non solent, nec frater quod ipse collatus est communicaris teneri videbatur arg. l. 1 § 14 de coniung. Verum respondendum est, cum nepos emancipatus iungatur in eandem partem nepoti retento in potestate propterque ut pote simul cum eo patris personam repraesentans eum admittit ad collationem quasi repraesentationis iure ipse et frater retentus in potestate avi una persona esse fingatur et emancipatus ad commodum collationis admittatur non directo sed oblique propter fratrem ut docent ibidem ceteri interpretes quos refert et sequitur Pichard. ubi s. n. 3 art. 2. Amar. lib. 2 observ. cap. 12 a n. 6 et Santolario lib. 4 interpret. 17. Quod si non placeat, teneri posset emancipatos institutis, erant hi nepotes instituti ut s. diximus ad textum de coniungend. solitum ab emancipatis praeteritis, quod quidem suadet ipsa ratio edicti praetoris, et sane nullibi eiusmodi expressum memini, cum et saepe inveniatur emancipatos non esse conferendum ut in l. 3 § 2 de collat. l. 9 C. eod. et saepe nullibi de emancipato instituto mentio est.

Ergo conferunt emancipati sed licita sint instituti, aut legato aut fideicommisso tantum eis fuerit relictum quantum per bonorum possessionem capiunt, quippe tunc nulla iniuria eis fieri t. l. 1 § 1 cum duob. seqq. de collat. Si non fuissent instituti et commisso ab aliis ad maiorem portionem per bonorum possessionem contra tab. admitterentur et tunc conferre deberent l. 3 de collat. dot. alias ex testamento succedentes aut in maiorem portionem capientes per bonorum possessionem contra tab. quam caperent ex testamento nihilominus conferrent, nisi cum fuerit testantis voluntas praeterito conferant fieri posset l. 1 et ult. C. de collat. Quae voluntas cum ex nova Iustiniani constitutione in novella 18 cap. 6 et auth. ex testamento C. de collation. semper

interecedere presumitur nisi aliud probetur, semper enim standum volun-
tati defuncti Ex qua et quandoque inter succedentes ab intestato cessat
collatio ut l. 39 §1 fam. excis. Item offerunt dati in adoptionem si sint
instituti et communio ab aliis edicto plus capiant per bonorum possessionem quam
caperent ex institutione l. 2 C. cum duob. segg. de collat. dot. alias si non sint
instituti non offerunt; quia nec ad bonorum possessionem contra tabulas vel unde
liberi admittuntur ut pote existentes in aliena familia l. 7 dictum ad
tit. de bonorum poss. contra tab. quemadmodum nec admitterentur si non plus ca-
piant per bonorum possessionem quam ex institutione arg. l. 1 §6 de collat. et l. 2 de
collat. dot. quoniam nullum tunc videatur suis iniuriam offerre; conferunt
autem ipsi filii in adoptionem dati si eorum pater adoptivus decesserit, alias
confert pater adoptivus l. 1 §14 de collat. quemadmodum et eius nepotes
retenti in avi potestate desiderant admitti ad bonorum possessionem patris eman-
cipati confert avus qui eos habet in potestate tit. de collat. l. 4 de
iniungend. l. 6 si tab. test. [illegible] Praeterea non offerunt quandoque filii in potestate
sed raro; cum enim reputantur nil proprium suum habere possint, consequenter
nil habent quod possint offerre. Castrensia enim vel quasi numquam confe-
runtur ut infra dicemus. Sunt tamen nonnulla quae offeruntur ut putavit
Cuiac. scilicet donata a patre filio post novam Iustin. constitutionem in l. 25 C. de
donat. inter. Olim enim filii in potestate donata a patre filio non conferebant
quoniam inutilis erat donatio ac propterea donata in bonis patris mansisse
intelligebantur, postea inter heredes ut hereditarium dividendum l. 13 C. de collat.
nisi expressa morientis patris voluntate fuisset confirmata, non enim
solum sed patris eam confirmabat [illegible] Pauli lib. 5 sentent. tit. 13 et l. 2 C.
Gregor. Hermog. excisc. [illegible] penult. de collat. dot. Sed continuata do-
nandi voluntas usque ad mortem ad quem casum referenda l. 18 C. fam. excis. iuxta
Cuiac. interpretationem in l. 35 fam. excisc. Cui non subscribo motus
traditis a Fabro de erronib. decad. 40. errore 10. Igitur filii iure
antiquo in potestate non offerebant donata a patre filio, quoniam utcumque
inutilis aut utilis dumtaxat post mortem patris, conferre autem dunta-
xat debent quae quaesiverint [illegible] moriente patre, qua re nec fideicommissum
aut aliud

Dr Santos de S. Pedro.

aut aliud relictus a patre ac consequenter nec donationes morte
confirmatas filius tenebatur conferre, quoniam post mortem adquirebat; at iam
iure novo cum ea subst. constit. inst. ex donationes a patre filiis in potestate
factas confirmentur, et retrotrahi videantur usque ad tempus, quo factae fu-
erint consequens esse videtur ut tanquam adquisitae ante mortem paternam conferri
debeant ut sentit Cuiac. in l. 1 C. de collat.

N. 5°

Sed obstat l. 20 C. de collat.
ubi supponitur donationem simplicem a patre factam nequaquam conferendam duo-
bus casibus exceptis et ibi propositis habet que lex authorem Justinianum de-
cio solo Consule anno scilicet Christi 529 cum anno antecedenti eodem Justini-
ano solo Consuli edidisset l. 25 C. de donat. inter. Sed reri potest
ut voluit Fabrit. de error. decad. 40 errore 2° in d. l. agi de filio emanci-
pato non quidem id dubitari an conferre teneatur simplices donationes fratri-
bus in potestate retentis, sed aliis fratribus pariter emancipatis, quibus
ait duobus tantum casibus teneri conferre simplicem donationem. Primo si er-
ilis emancipati collaturi sit ei donatio propter nuptias aut dos profecti-
tia, tunc ex ob aequalitatem servandam et ipse illis conferat simplicem do-
nationem a patre acceptam aliam non collaturus. Secundo si eo lege pater do-
nationi dixerat agi [illegible] in eo casu de collatione donationis a patre profectae
facienda a filio emancipato alteri fratri emancipato ex eo quod si-
mul agitur de collat. donationis factae a matre cuius respectu omnes filii
sunt tanquam emancipati. Unde [illegible] in l. 17 C. de collat. ubi generaliter dicitur
debere filios emancipatos conferre quae sibi a patre donaverint, accipien-
dum est de collatione facienda fratribus in potestate et aliis fratribus ema-
cipatis; at nunc opponens dicens nullum videri esse rationem, ex qua filius emancipa-
tus conferat dotem et donationem propter nuptias a patre profectas; et autem confe-
rat simplicem si a patre profecta sit. Respondendum tamen est velut ait Cuiac.
lib. 3 observat. cap. 30 et donationem propter nuptias et dotem profectitiam ex
ea speciali ratione conferenda quod videri possit communia parentum et libero-
rum, nec omnino eorum extra res adhuc esse a quibus profecta esse videantur
cum ad patrem quandoque redire debeant decedentibus filiis; quod et ita

explicuisse videtur Faber decision. decad. 40 error 6. vel potius dicendus est ex minoris rationis esse quod pariter simplex donationes sponte facere videtur donatus autem propter nuptias et dotis dedusa videtur coactus ea necessitate qua filius dotis dotalitiis dare tenetur iure naturae ac propterea facilius velut ex praesumpta parentis voluntate dos vel donatio propter nuptias in dotem venit, quae donatio simplex arg. l. 29 C. de inofficioso. Praeterea opponas nihil esse iure cum simplices donatis a patre factas suis conferant post novam Iustinian. constitut. in d. l. 25 C. de donat. inter. emancipati autem illas pariter in conferant emancipatis. Sed non potest facilius induci collatio faciendo suis, quam faciendo emancipatis. Verius tamen est hoc et reliquis oppositis, sicut filius emancipatus non tenetur emancipatis conferre simplices donatos a patre sibi factas, ita neque filius in potestate illas offerri teneri etiam post novam Iust. constitut. reliquis filiis in potestate, tum quoniam adhuc manet donatio causa mortis non inter vivos ut probat Fab. d. decade 40 error 5. tum quia ea fuisse videtur patris voluntas sponte donantis absque ulla causa necessitate ut nuper diximus. Verum opponi argumentum deducitur a militia, quae filio emerit cuius commodum in legitimam imputari et in collationem venire dicitur in l. pen. C. de collat. et l. 30 C. de inofficioso. Unde infertur idem quod videri dicendum de alia quacumque simplici donat. a patre facta. Respondendum tamen est in d. l. 30 agi de militia empta a filio in potestate quo supposito recte dicitur illius commodum in legitimam imputari et offerendum. Pater enim et si filio emerat militiam tamen commodum pecuniarium quod ex militia obvenisset noluit a se removere, imo voluit sibi per filium adquiri, ac propterea eo decedente aequum est filio imputari in quartam, quia nunquam ille animus patris fuit, ut filius illud proprium haberet, sed potius ut sibi adquireret, inter omnes postea filios dividendum: quod tamen si sapiamus de militiis palatinis restringendum est ad commoda obvenientia ex casu militiae ut indicat d. l. 30, quae qualia fuerint collige ex traditis a Cuiac. in l. ult. C. de domestic. et protect. et l. 1 C. de praeroganiis sacr. scrin. lib. 12 et l. 3 et si quid minor de minorib. alias enim quod propria parsimonia ex istis annonis

annonis & stipendiis redegerit militans in palatio aut domo Imperatoris adquisierit, peculii castrense erat vel quasi l. unic. C. de castrens. omn. palat. pec. Unde animadvertendum circa collat. nil interesse inter militiam palatinam, emptam & dignitatem. Sicut enim commoda dignitatis filio paterna pecunia quaesita non veniunt in collationem sed penes filium manent propter onera dignitatis l. 1. § ult. de collat. ita commoda militiae quasi peculium castrense esset militia palatina sit, quam non male diceremus vicem subire dignitatis. Illud tamen interest inter militiam palatinam, & dignitatem quod dignitas cum ipsa per se aestimationem non habeat pecuniariam, quoniam vendi non potest, nec cum finita commodum pecuniarium relinquat ex casu ut dicitur in l. 30 C. de praepositis sacr. cubicul. tanti aestimationem accipit pecuniariam, quanti vendi potest; aut ex casu potest haeredi militantis obvenire commodum pecuniarium, illudque in collationem venit, quod aliis redacta ex eius stipendiis, vel annonis non conferuntur. potest

N° 6.

Insuper opponitur l. 21 in princ. de inofficioso. ubi donatio inter vivos a patre facta dicitur venire in collationem, quod eo est difficilius, quod loquitur ante novam Iustiniani constitutionem cuius supra meminimus. At respondendum in eo tantum agi de donatione facta, ut in quartam imputaretur quae ratio debet in collationem venire cum imputetur in quartam, & omnia quae in ea imputantur veniant in collationem l. pen. C. de collat. Accipi autem potest illa lex non tantum de filio emancipato ut voluit Faber de error. decad. 40 error. 8 sed etiam de filio in potestate cui facta a patre donatio utilis fuit quia in ea donandi voluntate pater duravit usque ad mortem 2° ea quae superius dixi immo idonee non videtur tam de alio filio accipi posse quam de filio in potestate, quippe supponit donationem fuisse conferendam si facta non esset imputaretur in legitimam. Emancipatus autem donationem omnem a patre acceptam sicut reliqua bona procul dubio confert fratribus retentis in potestate 2° quod conferunt filii in potestate; & donatio ante nuptias, sive propter nuptias, & dos utrumque iure singulari filiis fam. adquiri potest, quippe ut iure veteri filius fam. dotis adquirendae capax erat, ac propterea illa velut ipsius

proprii patrimonii tenebatur conferre. Ita iure noviori donationis propter nuptias capax est filius fam. et illa ad instar dotis uniuerse adquirit. Consequenter confert l. 17 C. de Collat.

N° 7°

Exaequimus iis qui conferunt, uideamus nunc quibus conferatur; et quidem suis duntaxat heredibus regulariter confertur a superius dicta suis autem postumis iis natis, nequaquam dum sunt in uentre l. ult. de collat. Sed hoc ita demum si damnum illis adferat bonorum possessio emancipati, alias ex si commisso edicto per emancipatum melior fiat conditio eius qui erat in potestate ei non erit conferendum ut in casu l. 2 § ade collat. ac praeterea in l. 20 § 2 de contra tabulas si filius in potestate fuisset exheredatus aut emancipatus praeteritus et heredes scripti non adissent ex testamento emancipatus non conferre dicitur quoniam uidentur heredes scripti non adisse metu bonorum possessionis contra tab. quam peti poterat ab emancipato ac proinde uidetur emancipatus profuisse fratri in potestate, in id ut eius exheredatio non infirmaretur. Immo et quandoque et suo heredi damnum afferat bonorum possessio emancipati tamen illi ab emancipato non confertur ueluti si diuerso iure succedant ut puta alter ex testamento alter ab intestato l. 6 et seq. de collat. dot. Quaerenz inter DD. uald. de strouerii sit an inter diuerso iure succedentes locus sit collationi, quorum plures refert Amaia lib. 2 obseruat. cap. 17. n° 22 et 25. tamen uerius habeo collationi locum non esse ex d. l. 6 et seq. quoniam praetor collationis duntaxat induxit iis omnes per bonorum possessionem contra tab. aut per bonorum possessionem unde liberi ad successionem admissi fuissent ut probat l. 1 § 8 et l. 20 de collat. forte inductus sit a constitutione in casu non dissimili qui refertur in l. 1 in princ. de collat. dot. sed ex malo quam Triboniano tribuere in d. l. 20 uerus. sed magis uentro ut uoluit Fab. de error. decade 40 errore 10 praeterea et quandoque, licet raro, confert emancipatus ut a filia dote profectitia hereto l. 4 C. de collat. et aliis et a filiis masculis quibus a patre facta sit donatio propter nuptias l. 17 C. de collat. imo et quandoque donatio simplex ut d. l. 20 § 1 de collat. et parte ut superius tentabam et alia bona conferenda erunt emancipatis

intestatis

institutis ut suadet ipsa ratio edicti, et argumentum ex l. 7. C. de dot. collat. dot. etiam et in casu l. 1. § 16 de coniung. cum emancipato patre emancipatus oblique per alios fratres in potestate avi naturalis conferat.

Exhib. N° 8.

constat duntaxat inter liberos qui fuerant defuncto sui heredes fuerant tempore mortis fuisse locum collationi hoc est fuisse locum collationi duntaxat cum agebatur inter liberos de successione paterna, non autem si ageretur de matris aut avi materni, alteriusve agnati vel cognati successione, imo etiam si ageretur de filii negotiis aut alterius descendentis successione non fuisse locum ut notat Duaren. ad tit. de collat. cap. 4. et post eum Rub. ubi supra art. 2° an. 2. Postea autem nova Leonis et Iustin. constitutione in l. 17 et 19 C. de collat. inducta est collatio etiam cum de matris, aviae, vel avi materni successione ageretur inter patruos, amitas, avunculos, materteras et fratrum, sororumve filiis ut notat Cuiac. ad tit. C. de collat. in quo titulo: non autem inducta collatio omnium bonorum, sed donationis propter nuptias aut dotis aviae, a matre, avia, vel avo materno hoc est ab ea persona de cuius successione agebatur d. l. 17 et d. l. 19 quod prius inter avunculos et sororis filios induxerat Arcad. et Honor. in l. 4 C. Theod. de legit. hered. et videre meminisse d. l. 19 in quo animadvertendum inter has personas nove inductam collationem non cuiusque collationis a Matre avia vel avo materno de cuius successione agitur profecto sed duntaxat donationis propter nuptias aut dotis excepto duplici casu. 1° cum ea lex dicta donationi ab ipsa persona quae donavit. Secundo cum alii qui conferant dotem aut donationem propter nuptias quippe tunc aequalitatis servandae causa etiam conferent reliquas simplices donationes l. pen. § 1 C. de collat.

N° 9

Praeterea

ex eadem inducenda collationis ratione etiam in presenti erit cognoscere quae res veniant in collationem quippe ipsa ratione suadente ea duntaxat emancipati cogitur conferre quae si in potestate patris mansisset patri fuissent adquisita. Unde nec castrensia nec quasi castrensia bona ut pote quae etiam si emancipatus non esset patri nequaquam adquisiisset in collationem non veniunt l. 1. § 15

& § 22 de collat. bon. l. 52 § 3 g socio l. 54 ad Trebell. l. 20 § 2 de solut. comun. libert. l. 4 in pro de castren. pecul. Iust. C. de silentiar. lib. 12
in quibus explicat Cuiac. quemadmodum & ex iure nouiori uti filii bonorum
VI. aduentitiorum proprietatem patri non adquirant, sed usumfructum duntaxat, sunt
soli non ex illis filii emancipati conferant l. ult. C. de collat. 2ª traditta
a Costa in d. § quid si 3 q. n. 228. Nec his obstat exemplum dotis quem
ex aduentitiis filii conferre tenentur l. 4 C. de collat. ut tamen illis tamen in pot-
testate manent quae non sibi adquirat. Respondendum tamen est filii emancipa-
tum conferre dotem aduentitiam, quoniam & illa conferat filia in potestate. Ideo
autem tamen conferenda quae aduentitia dote conferat sub distinctione l. 4 filia in
potestate ne alias deterioris conditionis essent filii masculi quam filiae, quod
sane iniquum est ut notat Bonell. in l. 2 in fin. C. de collat. cum enim filii
masculi in potestate existentes patri adquirant, unum est ad aequa-
litatem inter filios seruandam, ut filiae quae dotem sibi adquirunt saltem
iure collationis fratribus communicent. Ergo conferat filia dotem aduen-
titiam omnibus fratribus tam suis quam emancipatis, conferentibus autem e-
mancipatis d. l. 4 & paris initio C. de collat. at. tt. ff. de collat. dot. ideo
quod non soluto tantum matrimonio, sed eo adhuc constante l. 5 C. de collat. ubi
enim dos tunc in bonis mariti sit, tamen uxoris est l. 55 de iur. dot. maxime
quoad collationem l. 43 § 1 de administrat. tut. faciendaque tunc collatio erit
uel tanto minus accipiendo ex hereditate paterna d. l. 5 uel cautione
praestita de dote communicanda post solutum matrimonium de qua optimus
est tex. in l. 20 in princ. fam. ercisc. quem ibi recte explicat Cuiac.
omnino uidendus; sic etiam ad imitationem dotis conferaunt filii & in potest-
ate manentes donationem propter nuptias l. 17 C. de collat. ne iniquitas
resultaret si filia cogerentur conferre dotem, filii autem non cogerentur conferre
donationem propter nuptias, quae uxoris dos est; de simplici autem donatione
aliud dicendum est ea quae superius explicata manent. Sed redeo
ad filios emancipatos qui sane omnia bona quaecumque adquisierint
debent conferre exceptis praeposita uidelicet castrensibus uel quasi, et
& post Iustiniani constitutionem aduentitiorum proprietate, eaque bona here
intelligendo

intelliguntur qui habent deducto aere alieno l. 2 § 1 de collat. & habuerint tempore mortis paternae l. 6. C. eo. & adhuc inquo quaeritur nec legatis aut fideicommissis ab ipso patre relictis aut donatis ut superius dixi eius morte confirmatis, quoniam haec post mortem patris adquirunt ut recte Cuiac. ad tit. C. de collat. quae est ratio & dotis ab uxore acceptae si uxor vivat tempore mortis paternae decesserit autem ante collationem, & dos apud eum manserit conferre non tenetur l. 1 § 20 de collat. quoniam moriente patre non ipsius sed uxoris erat & superius dicta legatis autem ab extraneo relictis intempus quo moriente patre conferre debebunt l. 1 § 18 de collat. quoniam cadit moriente patre & instans mortis iure adnumeratur l. 10 § 1 de manumiss. test. inquo tamen difficilis eadem lex. § 19 de cuius explicat. Cuiac. adhuc sicut etiam conferre debebunt stipulationes sub conditione etiam si conditio impleatur post mortem patris d. l. 1 § 1 eodemque quoniam in stipulationibus id tempus spectamus, quo contrahimus. Nec obstat l. ii de collat. Nam vel dicendum cum Cuiac. in d. § 3 quoties quis alteri expresse promittit post mortem patris non inspiciendum esse exercere voluntatem promittentis, tempus, quo contrahit, sed tempus in quod promittit humanitatis intuitu nisi id dolo malo fecerit l. ult. de stipul. servorum. Vel alias dicendum in d. l. penult. agi de casu quo debitum debitus internisecus habebat non extrinsecus veluti cum fundi fructus venditi in quinquennium, tunc enim singulis singulis cedunt pensiones, nec tempus inspicitur datus, sed tempori quo cedunt. Sinus bona emancipati diminuta sint post mortem patris ante collationem, id minus debet conferre emancipatus l. 2 § 2 de collat. nisi dolo aut culpa ipsius diminuta sint d. § 2. & l. 2 & l. § 23 eo. tit. Cum enim pro boni viri arbitratu subeat bona conferenda, viri boni non videtur arbitratum conferendi id quod nec habet emancipatus, nec dolo aut culpa desiit habere d. l. § de illis ubi culpa nominelatam intelligo, quae dolo aequiparatur non etiam levem, nec enim aequum est maiorem ab eo diligentiam desiderari, quam ipse alias in rebus suis curandis adhibere solet.

Sed nunc videndum an etiam in bonis computandum sit ut veniat in collationem quod emancipatus apud se non habet, ast tamen potest 20

persequi. Et quod sic ea sit actio quae in heredes potest transire eveniat in collat. ut actio furti l. 2 § 4 uers. sed si decebat. quapropter et actioque dati impuberi adrogato ex D. Pii constitut. ad persequendam quartam bonorum patris adrogatoris eo uenit in collat. si mortuus adrogator ii erat tempore quo decessit is de cuius bonis agitur l. 1 § 21 ff eo. ubi eam uenire magis ut ad heredes transferat, quia personalis actio est, sic accipiendam ac si dictum sit eam actionem in collatione uenire quae ad heredes transferatur, et sine impubes cesserit, aut alio modo adierit hereditatem, quippe ea est ut petitio hereditatis, quae in rem actio est, et ante litem stetatque uel alio modo non aditam hereditatem non transferat ad heredes ut ait Paul. lib. 2 sent. tit. 13 § fin. sed est actio personalis, quae id uelut aes alienum petit notat Cuiac. ad Pauli loca nuper citato: Sed Faber in Papinian. tit. 20 post 20 illat. 12 dubitat cum si quarta D. Pii emancipato adrogato sine causa debetur, et si adrogator nondum decesserit, quamuis eam adhuc non possit exigere, cum finaliter uerba tamen oblatae non indeantur, cum eam quartam non ex testamento sed ut aes alienum adrogatus accipiat. Unde hereditatem nondum aditam non deberi conferri ab emancipato arguens est excepto casu quo a filio in potestate heres fuisset institutus in castrensi peculio quippe tunc pro toto dum studet collationi fuerit insuper heredum iuris subtilitatem, cum quia in peculii castrensis in suspenso est, nec intelligitur in dominio patris esse quoniam adierit l. 18 22 de collat. aliud autem si actio non fuisset transitura ad heredes uelut actio iniuriarum in collat. nequaquam uenit, quia et si in potestate patris filius fuisset, et adquisiset eam patri actum, expirasset actio illius morte, nec ad heredes transiret d. l. 2 § emancipatus eaque ratio est quia hereditas nondum adita non conferatur. quoniam etsi et licet in patris potestate fuisset et pater decessisset ante ipsius aditionem ipse sibi soli non fratribus aditurus esset, cum ad hereditatis adquisitionem aditionis tempus spectetur non mortis testatoris, aut facti tamen ratio quam tradidit Iustin. in § 4 inst. de hered. inst. = Demum uidendum an eo ueniat in collat. quod emancipatus uiuo forte patre impendit, hoc est an ita ueniat in collat. ut uelut nomen debitum ut eo

ut id fratribus communicet ut puta si quid dignitatis nomine impenderit conferre non tenetur etsi illud aptare acquisierit imo super illud here debet propter onera hereditatis dignitatis ut dicitur in l. 1 § 16 de collat. Vr[illegible] l. 20 § 6. D. fam. ercisc. Idem est dicendum de dote, quam filie dederit l. 4 ... eo. quoniam illam iuste dedit in eius bonis manserint in intellectu, licet ex alio ad illius persequutionem communis sit equi et filie, tamen dos propria filiae censetur et ac patris consensus dumtaxat accedere iussus ad persecutionem ut pupilli servari in persecutione dotis paterna cura consulata.

No. 11

Haltenus de rebus que veniunt in collationem. Videamus nunc quibus modis collatio fiat. et quidem pluribus. Namque aut re fit, hoc est divisis bonorum que conferenda sunt l. 1 § 11 de collat. aut cautione hoc est praestita cautione ab emancipato de bonis suis communicandis l. 1 § 9 et d. § 11 de collat. aut remissione bonorum paternorum si is qui conferre debet tantum ex illis remittat quantum debet conferre d. l. 1 § 12 de collat. et l. dotis C. de collat. quod idem dicendum si pro bonis conferendis nomen paterni debitoris vel fundum rem ve aliquam dederit d. § 12. Plerumque autem cautione collatio fieri solet ac propterea praetor in edicto cautionis duntaxat meminit d. l. 1 § 9 et 11 et l. 20 Videamus de 5° tab. quippe et si vel alio modo collatio fiat solet cautio nam ea nisi aperte constet quid sit in bonis emancipati aliter ex facile contingere potest, ut quedam sint in occulto, propterea est securius est cautionem dare d. l. 1 § 11 danda autem hec cautio est vel per pignora, vel per fideiussores d. [illegible] iubet quod nequaquam facere intelligitur qui duntaxat promittit ut notat Gotofredus in l. usufruct. 12 de earum rerum lit. L. Et si aliter si duntaxat cavere iubetur aliud est dicendum, quippe cautionis appellatione nuda promissionis non satisdatio intelligi dicitur in l. 1 C. de V. S. plus itaque desiderat praetor cum recte caveri iubet, quam cum simpliciter iubet caveri, quoniam si simpliciter cavere iubeat nuda promissione contentus est; sin vero iubeat recte caveri fideiussores desiderat aut pignora inquam licet enim cum praetor iubet satisdari, ut in praetoriis stipulationibus fideiussores necesse fiant, nec pignora sufficiant

l. 6 de coll. Impub. tm cy recte cavere iubet alterutro contentus ut notat Cuiac. ind. l. 2 § 3 iubet de collat. Et hoc de modo faciendo collationis. Quibus sequens est ut videamus quae [illegible] fiant in collat. Itaque in faciendo ii, ut qui confert [illegible] fratri ut puta si duo filii sint in potest. alter autem emancipatus, qui petita bonorum possessione conferre cogitur, et si is trecenta habet in bonis centum retinebit, deducta ducenta fratribus confert in potestate constitutis l. 2 § fin. de collat. Unus tantum casus singularis est quo emancipatus, qui confert nil retinet qui casus refertur in l. 6 de collat. ubi explicat Cuiac. lib. 41 Paul. ad edictum. aliis autem semper ipse [illegible] retinet virilem cum fratribus existentibus in potestate. Nec aliud dicendum est et si alii sint fratres emancipati, qui simul petierunt bonorum possessionem eorum enim nulla ratio habenda est et qui confert eandem [illegible] retinet in conferendo quam retineret si ipse solus esset emancipatus, quod fit ut plus fortassis ferat ex bonis suis, quam ex paternis, hoc est ut fortassis quartam duntaxat vel minus ferat paternae haereditatis, 3 autem retineat bonorum suorum: veluti si quatuor sunt filii, duo in potest. et duo emancipati, et ponamus unum emancipatum trecenta in bonis habere sane ducenta confert fratribus in potestate constitutis, centum tamen sibi retinebit hoc est 3 [illegible]; at bonorum paternorum quartam tantum feret, et si enim fratrem emancipatum simul concurrens ad paternam haereditatem efficiat ut minus ferat f. is ex bonis paternis non tamen mutat rationem faciendae collationis quae expectanda est si unus duntaxat esset emancipatus; non enim eaque hic urgetur emancipatum vel nihil conferre diversae [illegible] fiant in collat. et ille [illegible] faciat, quam non ferret l. 2 § si tres et l. 3 § 2 de collat. quare et si concurrant simul duo nepotes emancipati ex filio mortuo et alius filius in potest. hoc est patruus nepotum [illegible] singuli nepotes patruo semissem bonorum suorum conferre dare, quia et si quartas duntaxat ferant ex bonis aviti alteri obstat quominus semissem ferat, tamen in collat. facienda alterutro quorum eorum alterius ratio non habetur et perinde [illegible] fiunt, et si ille solus emancipatus inveniretur qui confert d. l. 2 § 7.

N. 12. Nec obstat quod filio in potestate

nunquam

nunquam amplius conferendum est quod aufertur per bonorum possessionem emanci-
pati ut sit si emancipatus semissem ei aufert semissem offerat unum qua-
drantem quadrantem offerat l. 1 §3 de collat. Nec respondendum est huius argu-
le varietatem neutrum ex superioribus deficere, nam in collat. facienda omnes
emancipati unius personae vice funguntur d. l. 2 §3 de collat. Itaque filius
in potestate cui confertur non id spectat quantum sibi auferat ille qui con-
fert, sed quod auferri potest si non occurrant reliqui emancipati; quidem
si reliqui emancipati omitterent bonorum possessionem sane absolute injusta col-
latio fieri ut et in hunc casum recte cautum sit. Sed adhuc obiicies reli-
quis emancipatis non omittentibus iniquum videri hanc rationem faciendae colla-
tionis cum emancipatus plus offerat, quam auferat. Cui obiectioni ut
recte admaduertendum est bona filii emancipati perinde habenda, ac
si in mortis patris haereditate invenirentur, eoque supposito eorum aut
reliquorum bonorum haereditariorum divisionem fieri eo dumtaxat excepto quod
licet reliquorum bonorum partes ferant, caeteri, tamen filii emancipati ipsorum
bonorum quae offeruntur partem non ferunt, quoniam emancipatis non offertur, ergo
tertia quae pars ad ipsos spectatura fuisset, si non invenirentur emancipa-
ti dividitur inter filios in potestate et eum qui offert ad inter reliquorum
bonorum. quod ut exemplo planum fiat pone quattuor esse filios duos in potes-
tate, et duos emancipatos. Emancipati petunt bonorum possessionem quo fit ut
singuli filii tam emancipati quam non emancipati ~~ferent~~ ferant quadran-
tem paternae haereditatis agitur de re collationis faciendae ab uno emanci-
pato qui duodecim fortassis assignat filio in potestate et filio qui offert
partem ex his bonis parem, quam ex paterna hoc est unicuique tria; mue-
mus duntaxat superesse alia tria quae expectare debuissent ad alium expectare
fratrem emancipatum si fuisset capax collationis, ergo quod ad illum pertinere
poterit quoque potest dividi quoniam inter reliquos fratres collationis capa-
ces, sic fient unicuique quattuor bona quae conferenda ex summa aequi-
tate partita remanebunt. Ergo hanc rationem sequere perpetuo faciendae col-
lationis. Primo ut inter omnes filios tam suos quam emancipatos bona
offerenda dividas, deinde portiones fratrum qui erant emancipati

subdiuidas inter suos & emancipatos qui offerebat: quo, ut puto, facile ex(plicabis) r(ati)o(n)e(m) faciendae collationis, sat alioqui implicatam in l. 3 § Iulianus ff de collationibus. Hinc deduces r(ati)o(n)e(m) ex qua filius emancipatus qui iungitur liberis ex edicto de coniungendis cum emancipato liberis eius, pergemo ipsi conferat semissem bonorum suorum & se concurrentibus aliis filiis semissem n(on) ferat bonorum paternorum l. 1 § 13 cum seq. de coniung. Ratio namque ea est quod cum aequum iam fuerit ab eo liberis dumtaxat offerri, quia illis dumtaxat facit iniuriam, portiones quae spectaturae essent ad reliquos fratres si capaces essent collationis diuidun- tur inter ipsos & nepotes, & ad nepotes ratio semis spectat, alterum semis- sem ipse retinet. Vnde apparet frustra niti Cuiac. lib. 8 obs. cap. 29 explo ut ostendat in d. l. 1 § 3 de collat. n(on) quadrantem bonorum conferendum ab e- mancipato sed trientem, quoniam fratri in potestate & si quadrantem dumtaxat hereditatis paternae auferebat tamen is triens erat portionis ipsi relictae. At sane uerba Consulti contra pugnant, & aequitas suadet neutiquam respici quae pars auferatur respectu habito ad haereditatem eius de cuius bonis agitur.

N° 13. Sequitur uidendum quando collatio fiat, quod satis agnos- ci potest ex hactenus dictis. Ideo hic dumtaxat animaduerto collatio- nem non ratio faciendam ante petitam bonorum possessionem sed sufficere eam fieri post petitionem bonorum possessionis ut explicat Consultus in l. 3 in fine de collationibus. Si autem antea fiat licebit postea uariare & bonorum posses- sionem omittere l. 8 de collat. et tunc si re collationem fecerat emancipatus poterit datum adimere, si uero cauerat ipso iure tutus erit, quoniam uide- tur stipulatio facta sub conditione si bonorum possessio petatur, aeg- tera illa n(on) petita nulla est stipulatio siue cautio d. l. 3 § emancipa- tus 5 de collat. l(ege) plus 10 de adit. caus. dat. cautio n(on) sequuta. & ex- plicat Cuiac. in d. l. 3(a) ne autem si prius petita sit bonorum possessio desinat postea cauere emancipatus indultum est ut si per stimationem n(on) cauerint denegentur ei actiones, siue per inopiam curatori portionis instituatur uia bonus apud quem refecta pecunia colloceto l. 1 § 10 & 13. l. 2 § gen. & ult. de collat.

de collatione nisi frater ipse cui conferendum est offerat cautionem, quo casu
contra emancipati qui offerendo erit l. si d.° us.° sicuti non caveat de colla-
tione maneat autem ius emancipato in utroque casu praetensionis reci-
=piendi si postea cautionem offerat d. l. 1o; quo tamen si per contu-
=maciam cavere deneget ita duntaxat admittendus =
= si intra annum petendae possessionis cau-
= tionem offerat ut dicitur in l. octava =
= de collationibus. =

ADTITVLVM

SI QVIS. OMIS. CAVS. TESTAm.

Si institutus omiserit hæreditatem, ut ad legitimum perveniat, tenebitur solvere legata l. 1 § fin. l. 2 § 1. l. 3. l. 10 in fin. h. tit. l. 1. C. eo. = Sed adversus hoc oppon. l. quaeris 6 § si patronus h. tit. Ubi licet a patrono instituto accipiat pecunias extraneus tenebitur patronus solvere legata; in contrarium quippe dictum est male teneri institutum solvere legata, si nummos a legitimo accipiat.

Sed ratio danda in patronum actionis legatorum, quippe patronus possidebat hæreditatem lucrosam, et ita prius expendere a qui possidet hæreditatem l. 2 § 1. h. tit. = Qui omittit hæreditatem ex testamento, non in fraudem legatarium, sed imo potius sibi prospiciens, quia defraudaturus erat, non incidit in edictum nostrum l. quaeris 6. § si patronus § vlt. fin. h. tit. Adversus d. l. 6 § 8 oppon. l. utrum 27 § si patronus 23. et l. 64 § si patronus fin. ad Trebel. in quibus agere potest non posse patronus omittere etiam adeundi hæreditatem ex testamento, ut ab intestato hæreditatem possideat, etiamsi nullum emolumentum accipiat ex testamento, et male dictum est in d. l. 6. § 8. posse patronum in dictis omittere ex testamento quod rogatus erat restituere libertis, et parentibus, et hac ratione non potest, sed imo potius a fratrori tenebitur adire; sed si non fuerat rogatus restituere dictis personis, tune si nullum commodum perciperat, hoc est si debita portio non remaneat intacta: Adversus quorum dictum est legitimum patronus 28 de leg. 2.

Potius punitur edicto nostro, qui adiuit, quam qui omisit ex sententia edicti: hoc probari videtur expresse ex l. uirilis 8. § si adierit 2. de leg. præst. ubi datur filium emancipatum intentare actionem de dolo adversus hæredem, quippe adiuit: quia si omisisset, non daretur. = Ratio in hoc singularitas est institutus tam illius quia bon. possess. contra tabulas intentare poterat: quippe magnopere defraudatus erat, cum perveniret libertas ad ditionis eius. = Sed magnopere videtur opponi adversus d. l. 8. § 2. dictis in l. his qui 23. de leg. præst. ubi fere in eadem specie contrarium respondetur asserit namque puniri hæredes legitimos, qui non

No. 1um l. quaeris 6 § si patronus h. tit. ‡

No. 2um

l. utrum 27 § si patronus 23. et l. 64 § fin. ad Trebell.

No. 3um l. uirilis 8 § si adierit 2 de leg. præst.

l. his qui 23 de leg. præstand.

adierunt hæreditatem, potest bon. poss. s.a tabulas acceptam, quippe dicta non sequi mancipia: quoniam in d. l. 8. § 2. male dictum est dari actionem de dolo adversus heredes non adeuntes, sequitur in bon. possessione, qui non adierunt. Ideo in d. l. 23 heredes qui non adierunt, cum licet adiuvent, non sequentur mancipia, quippe rogati erant manumittere, et ita nihil minimum ut mancipia non sequantur ab intestato.

4 Licet aliquis omittat hæreditatem ex testamento, et postmodum possideat ab intestato, non incidit in edictum si sine titulo universali possideat: qui vero titulo particulari, ut pro empto, pro dote vel pro donato possideat non incidit in edictum l. ult. Et si non quocumque titulo universali, ut vel pro hærede, vel pro possessore, et qui possidet tamquam prædo tenetur soluere legata, quoniam incidit in edictum l. 6 § certe 7. h. titulo, iudicia s. quis in l. 91 de adq. hæred. si quis 91 de adquiri. hæred.

5 Dum hæredes instituti a testatore habent arbitrium eligendi, bene poterunt hæreditatem omittere ex substitutione adeundi hæreditatem fideicommissariam ex institutione ut in l. recusare 6. § 5. l. ita tamen 23 § rogatus ad Trebel. et dum est hæres aliquis institutus, sibi substitutus bene poterit omittere ex institutione causa ex substitutione adeundi. Et si proponatur s. h. t. Sed in hoc casu debemus intelligere de alio plus fuit in substitutione quam in institutione, vel è contra, quoniam nemo institutus, sibi substitutus esse potuisset de l. sed si plures 10 de vulgar. l. servus 40 § 1. eo. l. gaius 6 § plane h. titulo. quomodo potest pater substitutus filio omittere hæreditatem filii, et adire ex substitutione l. Iulianus 26. § denique fin. h. titulo et l. filia 15 de aux. et arg. Sed permittit parenti in hoc casu, quippe erat substitutus in casum, quo arbitrium eligendi haberet; non vero erat substitutus in casum quo filius decesset; quippe tunc erat contra votum parentis l. ng et si parentis 15 de inofficios. testam.

6 Non solum tenetur ex edicto nostro, ille qui omisit causam testamenti adeunda causa ab intestato; sed etiam ille qui prætermissus erat, et omittit bon. poss. s. tab. causa adeundi ex bonorum possessione unde liberi; quoniam proximum dictum est edictum nostrum loquitur adversus illos, qui omittere hæreditatem tantum ex testamento: hoc probatur ex l. gaius 6.

§ hoc edicto h. tt. sed rete incidere in edicto, quae fraudant defraudaret parentes, et liberi, et necesse sit remedium nunc edicti, nil minus ut edicto comprehendatur. Cum dicit potest omittere castrum, qui omittit bonorum possessionem secundum tabulas quod ei datum haec bonorum possessio castrum, aliqui si illa non invenirentur, bonorum possessio secundum tabulas non datur. Sed adversus d. l. 6. § quae opponitur l. 22 § 6 ad trebell. — L. quaes. 6. § hoc edicto ff. eo.

ubi asserit non debere filium emancipatum praeteritum solvere fideicommissum licet omittat bonorum possessionem secundum tabulas, quae generale dictum est edicto loco hoc in praetorium — L. 22 § sed et si ad trebell.

Non debere fideicommissum solvere, licet omittat, quia non fuit ille rogatus restituere, et rete quoque fideicommissum non est rogatum restituere liberis, et parentibus, sed extraneis aliis teneretur ut in d. l. 6. § quae. Ad explicandum vide Cuiac. lib. 3. obs. cap. 6. et lib. 17. cap. 13. Robert. 2 recept. lect. cap. 13. Restamnius si parens ait institut. § quae ex num. 3. = Ergo adversus d. l. 6. § quae opponi potest l. hinc 15 de leg. praest. ubi dicit filium praeteritum non teneri solvere legata quae licet omittat, non tenebitur solvere ex bon. possessione unde liberi. Sed rete non teneri in hac lege solvere filium praeteritum legata, quae erat praeteritus filius, qui erat in potestate, et sic ergo ipso est par reliquis, nil minus, ut non teneatur solvere legata: at in d. l. 6. § quae. tenetur solvere, quae erat filius emancipatus praeteritus ex edicto de legatis praestandis, cum est, ut legata certis personis debeantur scilicet liberis, parentibus, uxori, nurui dotis nomine legata. — L. hinc 15 de leg. praest.

Ergo edicti nostri locus hic non tantum in heredibus, verum et legatariis l. cum quae, pecuniam § quamquam h. nos tt. ubi dicit quod si legatarius a quo fideicommissum relictum erat, fuerit ut omitteret heredium heres, in hoc casu dicit incidere in edictum nostrum. Sed hoc difficile videtur; quaerentem tamen si ipsi met legatum non periit, quippe destituto tt., legatum ullum non debet l. papinianus § § pen. et § 2. l. 28 de inoff. test. tt. quo cum ipse met modo non sentiat qua ratione damnum percipere debet? Huic difficultati ratio potest legatarium teneri, quod fraudis particeps fuit arg. l. eo facto de neg. gest. vel dic cum Bald. teneri, quia ipse legatarius successurus erat ab intestato. 7

Licet castrum omittat heredium causa adeundi ab intestato, legato 8

ri debent exprresse ff. ex l. quidam 7. h. tit. l. si non solum 10 de cum substitutus eod. et tit. Dic non ipso iure lapsary in d. casibus; quippe in d. l. erat relictum uni ex haeredibus, et cum ipse met de cum omnimunerat, in d. minus ut ab intestato postmodum legatum non peruigilat quippe cum edictum neglexit, non debet postea auxilio eius implorare, intelligitur quod dicto secum substitui = Adversus d. l. opponi potest l. si ex testo 22 de h. tit. ubi institutus poterat perquirere ex testo, et non perquirit, et adhuc ab intestato capere potest legatum: Dic ponere in l. ea quod non omittit in fraudem, sed ex alia causa iusta, et non miminis, ut eadem designari non una sunt in eius manibus de celare.

9 In edictum incidit, qui haeredum suis omisit ex testo, et ab intestato adeundi causa; nec legatarios fraudandi: et poena edictum est lego haeres, quoniam omisit ex testo, adeundi causa ab intestato, et tamen in fraudem legatariorum. Huic difficultati respondeo omnino Anne. 2 d. l. sic cp. 8 non agi in h. l. de edicto, sed potius de edicto ex quo causis in posses eam im. Vul. lib. 3. illustr. cp. 7 tract. 6. n.° 10 = Obstat etiam l. nemo 17 ff. de adq. haered. in princ. ubi dicitur pater filium omittere ex testo, et adire ab intestato: et male dictum est edictum nunc statuere ne filii potuissent omittere ex testo, adire ab intestato. Dic in h. l. non agi de omissis ex testo causa adeundi ab intestato, sed de repudiationis iuribus, et in licet ab intestato adire, quippe repudiat unius iuris, non videtur alterum repudiasse, nisi eo quo sciens in repudiatione inveniatur. = Sed adversus d. l. 17 ff. opponi potest l. 70 ff. l. 77 de adq. haered. ubi dicitur quod si institutus sive filius repudiaverit ex testo, videtur quoque repudiare ab intestato: et male dictum est in l. 17 ff. posse institutum repudiare ex testo. Huic difficultati responsio est non posse adire in d. casibus ab intestato, quippe ipso met institutus videtur repudiasse legitimam ab intestato simul cum institutione, nam in hoc quaerebatur, nam institutus potuisset succedere et non posse.

10 Deinde infero explanatis adversus nunc edictum ad l. mater 27 ff. inveniens hanc in tali proponit hypothesis. Filius meus adiit, filius suus impuberes instituit, et substituit

pupi substituit pupillariter filiis fratris sui scil. Gaium, sub cond.e si post mortem test.is intra 10 dies emanciparet, legataque reliquit in substit.e, adimpleta n. fuit conditio substitutionis, quia Gaius filios n. emancipa-
vit, ab intestatoque pupillus Gaius successit patrio: quaeritur tum utrum tene-
atur solvere legata, et dicitur n. dari: tum dic: ecce ut ubi Gaius om- 12
misit haereditatem ex test.o, quippe noluit filios emancipare, eam adeundi ab
intestato, et nihilominus n. tenetur solvere legata. Respondeo. R.o n. inridere
patris in edictum neque incidere, quod cum patria potestas inestimabilis
res sit l. 148 §. 6. de leg. quippe nullus est amor, qui paternum vincat l.
fin. in prime C. de curat. furios. Lucius Titius. 13 de V. s. utque nihilomi-
nus ut ille n. incidat in edictum, quod filios n. emancipavit. 2. Eodem modo intelli-
ge textum in l. si filius fam. 7. ff si ab test.o null. erat. Sed adversus d.l. 7. oppo- 13
ni potest l. si cui 92 de C. et D. ubi asseritur patris Authen. iuris rigore,
sed ex officio iudicis compellitur, quippe agnoscit legata relicta sub illa cond.e =
Et adversus d.l. 23. et l. filius 2. si tab. test.i null. oppono L. Filius 28 C. de
inofficios. test.o ubi asseritur n. posse filios adire ab intestato licet fuerint insti-
tuti sub cond.e, si pater eos emanciparit, conditione adimpleta n. existente. R.o trad-
muti ab intestato filios, quia ex testamento inveniebantur, nullam querela
filiis daretur.

11 **P**raeterea infero explicatione ad l. Julianus 26. ff. h.t. ubi
asseritur quod si pater sit institutus, filiarum substitutus in hoc casu si ex 14
test.o omiserit pater, inivit que filia ea substitut.e adire, tum heredem
hoc casu asserit debere prius faciendam computationem legatorum, quae erant in substit.e
relicta, item ne ille in edictum incidit et nihilominus est prius facienda
computatio legatorum, quae erant in substit.e: et quia qui omisit ex test.o eam
